

Neujahrsfeier im alten Basel und Verwandtes

Autor(en): **Hoffmann-Krayer, E.**

Objektyp: **Article**

Zeitschrift: **Schweizerisches Archiv für Volkskunde = Archives suisses des traditions populaires**

Band (Jahr): **7 (1903)**

PDF erstellt am: **10.07.2024**

Persistenter Link: <https://doi.org/10.5169/seals-110454>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

racontent, comme leurs pères le leur ont raconté, qu'une horde de Sarrasins, postée en ce lieu, allait abreuver ses chameaux à la Sorne, près de Courtetelle, en suivant *la longue charrière*. Sur l'un des rocs du *Creux des Sarrasins*, on remarque le chiffre 23, gravé profondément en chiffres arabes. Comme ce chiffre est très ancien et qu'on ignore d'où il provient et ce qu'il signifie, on prétend qu'il a été gravé par les Sarrasins qui gardaient ce poste²⁰).

Près du camp romain du *Mont-Chaibeut*, non loin de Rossemaison, un chemin porte encore le nom de *Chemin des Sarrasins*.

La tradition rapporte aussi qu'en certains temps des esprits noirs font leur apparition au *Creux des Sarrasins* et qu'on les met en fuite en se signant.

Neujahrsfeier im alten Basel und Verwandtes.

Von E. Hoffmann-Krayer in Basel.

(Schluss).

Anhang I.

Aeltere Zeugnisse betr. Saturnalien- und Kalendenbräuche.

1. Q. SEPT. FLOR. TERTULLIANI [† ca. 230], *De Idolatria* c. 14: „Nimirum Saturnalia et Kalendas Januarias celebrans hominibus placebat? an modestia et patientia, an gravitate, an humanitate, an integritate?“ . . . „Sabbata, inquit, vestra et neomenias et caeremonias odit anima mea‘ (Isa. I, 14). Nobis quibus Sabbata extranea sunt et neomeniae et feriae a Deo aliquando dilectae, Saturnalia, et Januariae, et Brumae, et Matronales frequentantur? munerae commeant? strenae consonant? lusus, convivia constrepunt?“ (PATROLOGIA LAT. [Migne] 1, 758.)

2. SANCTI PACIANI [Ep. Barcinonensis † ca. 390]. *Paraenesis ad poenitentiam* cap. I: „Hoc enim, puto, proxime

²⁰) Abbé Sérasset, *L'Abeille du Jura*, t. II, p. 150.

Cervulus ille profecit, ut eo diligentior fieret, quo impressius notabatur . . . Me miserum! Quid ego facinoris admisi? Puto, nescierant Cervulum facere, nisi illis reprehendendo monstrassem“. (PATROL. LAT. 13, 1081.)

3. „In actis S. ALMACHII M. [† ca. 394] legitur, cum spectacula cerneret gladiatorum, quae calendis Ianuarii dabantur coram populo, clamasse: Hodie octavae dominici diei sunt, cessate a superstitionibus idolarum, et a sacrificiis pollutis.“ (MART. GERBERTUS, Vet. Liturgia Alemannica 1776, p. 842.)

4. S. AMBROSII [† 397] De interpellatione Job et David IV (aliter II) 1, 5: „Vide cervum dominum Iesum, quando venit ad Iohannem Baptistam et dicenti sibi Iohanni: ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? respondit: sine modo. Et hoc dicto in aquas salutem sitiens publicam tota aviditate descendit. Sed iam satis nobis in exordio tractatus sicut in principio anni more vulgi cervus adlusit.“ (CORPUS SCRIPT. ECCL. LAT. ed. cons. Acad. Litt. Caes. Vindob., Vol. XXXII, Pars II, p. 271.)

5. S. AMBROSII [† 397] Sermo VII De Kalendis januariis: „Est mihi adversus plerosque vestrum, fratres, querela non modica: de his loquor qui nobiscum natalem Domini celebrantes, gentilium se feriis dederunt, et post illud caeleste convivium Superstitionis sibi prandium praepararunt; ut qui ante laetificati fuerant sanctitate, inebriarentur postea vanitate . . . Ergo, fratres, omni studio gentilium festivitatem et ferias declinemus; ut quando illi epulantur et laeti sunt, tunc nos simus sobrii atque jejuni . . .“ (S. AMBROSII Opp. stud. Mon. e Congr. S. Mauri em. Venet. t. IV [1751], 496). ⁷⁶⁾

6. S. CHRYSOSTOMI [† 407] Homilia 23. in eos qui novilunia observant. T. I p. 297: „Qui in tabernis ludi hoie fiunt, illi me maxime excruciant, et impietatis et intemperantiae pleni sunt; impietatis quidem, quod qui haec faciunt, dies observant, et auguriis addicuntur, et putant, si novilunium mensis hujus cum voluptate et laetitia degant, reliquum se annum sic transacturos: intemperantiae vero, quod cum prima luce feminae et viri pocula implentes, multa cum intemperantia vinum merum hauriunt . . . Neque extremae hoc est amentiae, propter unum diem, si auspiciatus fuerit, per universum hoc exspectare annum, neque amentiae solum, sed diabolicae cujusdam

⁷⁶⁾ Eine gleichlautende Predigt schreibt die Patrologia latina (57, 543) dem hl. Maximus, Bischof von Turin [† 465] zu.

efficientiae iudicium est, non proprio studio et alacritate, sed quibusdam dierum circuitationibus vitam nostram commendare.“ (JOS. BINGHAM, Origines Ecclesiast. Ex lingua angl. in lat. vert. J. H. Grischovius Halae 1729, p. 7.)

7. ASTERIUS V. AMASIA [† 410] *Λόγος κατηγορικὸς τῆς ἐορτῆς τῶν Καλανῶν*: „Leute aus dem Pöbel, Herumstreicher und Gaukler, ziehen rottenweise von Haus zu Haus und belästigen Jedermann, vor allem die Magistratspersonen, mit glückverheissendem Händeklatschen und Geschrei, sie heischen Angebinde. Auch Kinder treibt die Habgier; sie ziehen herum, pochen an den Thüren, und bieten zum Glückwunsch mit Denaren besteckte Aepfel dar, um ein wertvolleres Gegengeschenk davonzutragen. Roher Scherz wird mit den Bauern getrieben, die sich in der Stadt sehen lassen; sie werden mit Spott und Schlägen bedacht, was sie bei sich tragen, wird ihnen abgenommen. Den ganzen Tag bis spät in die Nacht dauert das Wogen und Lärmen.“ (Uebers. von TOMASCHEK, Ueber Brumalia etc. in: Sitzungsber. d. ph.-h. Kl. d. Kais. Akad. d. Wiss. [Wien] 60, 367.)

8. PRUDENTIUS [flor. 348—ca. 410] *Contra Symmach.* I, V. 237—244:

„. . . Jano etiam celebri de mense litatur
Auspiciis epulisque sacris, quas inveterato,
Heu miseri, sub honore agitant et gaudia ducunt
Festa Calendarum. Sic observatio crevit,
Ex atavis quondam male coepta, deinde secutis
Tradita temporibus serisque nepotibus aucta
Traxerunt longam corda inconsulta catenam
Illosque tenebrosus vitiosa in secula fluxit.“

(KRAUS, Real-Encyklopädie II, 494.)

9. S. HIERONYMUS [† 420], *De viris illustribus*, Cap. CVI: „Pacianus, in Pyrenaei iugis Barcelonae episcopus, castigatae eloquentiae, et tam vita quam sermone clarus, scripsit varia opuscula, de quibus est Cervus [in Kalendis Januariis et contra alios ludos paganicos] et contra Novationes, et sub Theodosio principe iam ultima senectute mortuus est.“ (TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN, hrg. v. Gebhardt u. Harnack XIV, 49.)

10. S. AUGUSTINI⁷⁷⁾ [† 430] *Ep. Serm.* 198 *De Kalendis Januariis* II: „Admonemus Caritatem Vestram, Fratres . . . ut

⁷⁷⁾ Vgl. auch die Predigten des Caesarius unter No. 15. 16.

memineritis, quod modo cantastis, ne sit lingua perstrepens corde muto; sed quod sonuistis voce ad aures invicem vestras, clametis affectu ad aures Dei. Hoc enim cantabatis, Salva nos Domine Deus noster, congrega nos de gentibus, ut confiteamur nomini sancto tuo. Et modo si solemnitates gentium, quae fit in hodierno die in laetitia saeculi atque carnali, in strepitu vanissimarum et turpissimarum cantionum, in conviviis et saltationibus turpibus, in celebratione ipsius falsae festivitatis, si ea quae agunt gentes non vos delectant, congregabimini ex gentibus . . . Acturus es celebrationem strenarum, sicut paganus, lusus alea, et inebriaturus te . . . Quomodo libera fronte cantas Salva nos Domine Deus noster, et congrega nos de gentibus? . . . Dant illi [sc. gentes] strenas, date vos eleemosynas. Avocantur illi cantionibus luxuriarum, avocate vos sermonibus Scripturarum: currunt illi ad theatrum, vos ad ecclesiam: inebriantur illi, vos jejunate. Si hodie non potestis jejunare, saltem cum sobrietate prandete . . . Sed dicis mihi, Quando strenas do mihi accipio et ego. (S. AUR. AUGUSTINI Opp. [Ed. Mon. Congr. S. Mauri 2. Venet.] t. VII, pars 2. p. 906 sqq.)

11. S. AUGUSTINI Ep. Contra Faustum, lib. XX, c. IV: „Faustus dixit: . . . Schisma vero aut nihil immutare debet ab eo unde factum est, aut non multum: ut puta vos, qui desciscentes a Gentibus, monarchiae opinionem primo vobiscum divulsistis, id est, ut omnia credatis ex Deo: sacrificia vero eorum vertistis in agapes, idola in Martyres, quos votis similibus colitis: defunctorum umbras vino placatis et dapibus: solemnes Gentium dies cum ipsis celebratis, ut kalendas et solstitia: de vita certe mutastis nihil.“ (Ibidem t. X [Venet. 1767], col. 400.)

12. Zu Augustin vergleiche noch: GUIL. DURANDUS [† 1296] Rationale divinarum lib. VI c. 15: „Postremo notandum est, quod olim pagani et gentiles in his kalendis multas supersticiones observabant, quarum aliquas Augustinus in quodam commemorat sermone⁷⁸⁾. Credentes enim inquit Janum quendam deum esse, eum tunc venerabantur ei duas facies figurantes unam ante aliam post eo quod est principium anni sequentis et finis precedentis. Assumebunt enim formas monstruosas, alii ex

⁷⁸⁾ Vgl. hiezu die pseudo-augustinische Predigt (von Caesarius?) unter No. 15.

pellibus pecudum, alii ex capitibus bestiarum, alii vestientes tunicas muliebres, alii auguria observabant dantes vel recipientes diabolicas strenas, alii mensas laute praeparatas tota nocte manere sinebant, putantes totum anni spacium convivium in tali cibi abundantia perdurare. Que prohibet christianos facere.“ (Die bei Hain Nr. 6464 erwähnte Ausgabe [unpaginiert].)

13. PETRI CHRYSOLOGI [† 450] Sermo 155 De calendis Januariis: „Ubi nostram Christus pie natus est ad salutem, mox diabolus divinae bonitati numerosa genuit et perniciose portenta, ut ridiculum de religione componeret in sacrilegium verteret Sanctitatem, de honore Dei Deo pararet injuriam. Hinc est fratres, hinc est quod hodie Gentiles Deos suos foeditatibus exquisitis, excogitato dedecore, et ipsa turpitudine turpiores Deos suos videndos trahunt, distrahunt, pertrahunt, quos faciunt non videndos Sed dicit aliquis, non sunt haec sacrilegiorum studia, vota sunt haec jocorum: et hoc esse novitatis laetitiam, non vestustatis errorem: esse hoc anni principium, non gentilitatis offensam. Erras, homo, non sunt haec ludica, sunt crimina Imaginem Dei portare noluit, qui idoli voluerit personam Abstrahat ergo pater filium, servum dominus, parens parentem, civem civis, homo hominem, Christianos omnes qui se bestiis compararunt, exaequarunt jumentis, aptaverunt pecudibus, daemonibus formarunt.“ (P. CHRYSOL. Sermm. Col. Agr. 1578, p. 218.)

14. S. MAXIMI Ep. Taurinensis [† 465] Sermo de Calendis Januarii. (Stimmt mit der Predigt des Ambrosius [Nr. 5] überein.)

15. S. CAESARII [† 542] (?) ⁷⁹⁾ Sermo De Kalendis Januariis I [Append. Serm. 129, alias 14 post hom. ex Chart. maj. in I. parte supplem.] : „Dies Kalendarum istarum, Fratres carissimi, quas Januarias vocant, a quodam Jano homine perdito ac sacrilego nomen accepit . . . Hinc itaque est, quod istis diebus Pagani homines perverso omnium rerum ordine obscenis deformitatibus teguntur, ut tales utique se faciant qui colunt,

⁷⁹⁾ Anm. der Mauriner zu dieser pseudo-augustinischen Predigt: „Augustino adscribit vetus quidam . . . Bibliothecae jam Colbertinae codex: sed quo minus ipsius esse credatur, obsistit cum dicendi ratio, quae Caesarium potius refert, tum quae posteris aevi est, ac difficulter ante Caesarii tempus reponi possit, observatio hic n. 3 facta de publico jejunio per omnes Ecclesias Kalendis Januariis indicto . . .“ ECKHART, Francia orientalis I, 433, schreibt die Predigt Bischof Faustinus zu.

qualis est iste qui colitur. In istis enim diebus miseri homines, et quod pejus est, aliqui baptizati, sumunt formas adulteras, species monstruosas, in quibus quidem sunt quae primum pudenda, aut potius dolenda sunt.⁸⁰⁾ Quis enim sapiens poterit credere, inveniri aliquos sanae mentis qui cervulum facientes, in ferarum se velint habitum commutare? Alii vestiuntur pellibus pecudum, alii assumunt capita bestiarum, gaudentes et exsultantes, si taliter se in ferinas species transformaverint, ut homines non esse videantur. Ex quo indicant ac probant, non tam se habitum belluinum⁸¹⁾ habere, quam sensum. Nam quamvis diversorum similitudinem animalium exprimere in se velint: certum est tamen, in his magis cor pecudum esse, quam formam.⁸²⁾ Jam vero illud quale et quam turpe est, quod viri nati tunicis muliebribus vestiuntur et turpissima demum demutatione puellaribus figuris virile robur effeminant, non erubescens tunicis muliebribus inserere militares lacertos: barbatae facies praeferunt,⁸³⁾ et videri feminae volunt . . .“ (S. AUREL. AUGUSTINI opp. ed. Maur. Antw. t. V, pars II [1700] col. 164.)

16. S. CAESARII (?)⁸⁴⁾ Sermo De Christiano nomine cum operibus non christianis [Append. Serm. 265, alias De Tempore Serm. 215]: „ . . . Et licet credam quod illa infelix consuetudo, quae de Paganorum profana observatione remansit, jam nobis castigantibus et de locis istis fuerit, Deo inspirante sublata; tamen si adhuc agnoscatis aliquos illam sordidissimam turpitudinem de hinnicula [*forte* anicula] vel cervula exercere, ita durissime castigate, ut eos paeniteat rem sacrilegam commisisse.“ (S. AUR. AUGUSTINI opp. ed. Maur. Antwerp. t. V pars II [1700] col. 309.)

17. VITA S. SAMSONIS Episc. Dolensis [† ca. 565] Lib. 2 Lemma 13: „Nam cum quodam tempore in Resia insula praedicaret, veniente per annuam vertiginem Kalenda Januaria, qua homines supradictae insulae hanc nequam solennem inepte juxta patrum abominabilem consuetudinem prae ceteris sane cele-

⁸⁰⁾ Bei Eckhart (offenbar nach Burchard v. Würzburg [s. Nr. 36]): „in quibus quidem, quae primum ridenda aut potius dolenda sint, nescio.“ —

⁸¹⁾ *vel visum.* Eckh. — ⁸²⁾ *formae.* Eckh. — ⁸³⁾ *prae se ferunt.* Eckh. —

⁸⁴⁾ Anm. der Mauriner: „Stilus et res apprime conveniunt Caesario a quo Praedicationes contra . . . Kalendarum quoque paganissimos ritus . . . factas in ejus vita legimus, que populis in Ecclesia legendae per diversas provincias circumferebantur.“ Ducange (II, 277) schreibt die Predigt noch Augustin zu.

brare consueverant, ille providus spiritu ob duritiam eorum mitigandam, convenire eos omnes in unum fecit, ac Deo revelante, sermo ad detestanda tam gravia mala sit . . . Ille omnes parvulos qui per insulam illam ob hanc nefariam diem discurrebant, vocavit ad se, eis singulis per sobriam vocem mercedem nummismunculi auro quod est mensura donavit, praecipiens . . . , ne ulterius ab illis haec sacrilega consuetudo servaretur. Quod ita Deo operante factum est, ut usque hodie ibidem spirituales joci ejus solide et catholice remanserint.“ (AA. SS. BOLL. Julii VI, p. 590.)

18. CONCILIUM TURONENSE II [a. 567] Can. 17: „Et quia inter natale domini et epiphania omni die festivitates sunt, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam gentilium consuetudinem, patres nostri statuerunt privatas in Kalendis Januarii fieri litanias, ut in ecclesiis psallatur, et hora octava in ipsis Kalendis circumcisionis missa Deo propitio celebretur.“

Can. 22: „Enimvero quoniam cognovimus nonnullos inveniri sequipedas erroris antiqui qui Kalendas Januarii colunt, cum Janus homo gentilis fuerit: rex quidem, sed Deus esse non potuit.“ (MANSI IX, 796. 803.)

19. CONCILIUM AUTISSIODOR. [a. 578] s. Duc. II, 277.

20. S. MARTINI BRACARENSIS [† 580] Collectio or. canonum LXXIII: „Non liceat iniquias observantias agere kalendarum, et otiis vacare gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos.“ (BIBLIOTHECA JURIS CAN. VETERIS ed. Voellus et Justellus Lut. Par. 1661 T. I Append. fol. XXX.)

21. Notae et observationes in S. GREGORII MAGNI [† 604] Librum sacramentorum, auctore D. Hugone Menardo, Monacho Benedictino. Lemma 134: „Ratio Missa hujus instituendae est, quia olim Kalendis Januariis homines multis paganorum superstitionibus erant obnoxii.“ (PATROL. LAT. 78, 292.)

22. CONCILIUM TOLETANUM IV [a. 633], cap. XI: „In temporibus quoque reliquis, id est, Kalendis Januariis, quae propter errorem gentilitates aguntur, omnino Alleluja non decantetur.“ (MANSI X, 622.)

23. ISIDORUS HISPALENSIS, [† 636] De ecclesiasticis officiis Lib. I, cap. 41: „Jejunium Kalendarum Januarium propter errorem gentilitatis instituit Ecclesia. Janus enim quidam princeps paganorum fuit, a quo nomen mensis Januarii nuncu-

patur, quem imperiti homines velut Deum colentes, in religione honoris posteris tradiderunt, diemque ipsum scenis et luxuriae sacraverunt. Tunc enim miseri homines, et, quod pejus est, etiam fideles, sumentes species monstruosas, in ferarum habitu transformantur: alii, femineo gestu demutati, virilem vultum effeminant. Nonnulli etiam de fanatica adhuc consuetudine quibusdam ipso die observationum auguriis profanantur; perstrepunt omnia saltantium pedibus, tripudiantium plausibus, quodque est turpius nefas, nexis inter se utriusque sexus choris, inops animi, furens vino, turba miscetur.“ (PATROL. LAT. 83, 774.)

24. CONCILIUM ROTOMAGENSE [Rouen] [a. 650], can. 13: „Si quis in Kalendis Januariis aliquid fecerit quod a paganis inventum est, et dies observat, et lunam, et menses; et horarum effectiva potentia aliquid sperat in melius aut in deterius verti: anathema sit.“ MANSI X, 1202.)

25. VITA S. ELIGII [† 683]: s. DUC. II, 277.

26. THEODORI Archiep. Cantuar. [† 690] Lib. poenit. c. 27 § 19: „Si quis in kalendas januarii in cervulo aut vetula vadit, id est, in ferarum habitus se communicant [l. commutant] et vestiuntur pellibus pecudum, et assumunt capita bestiarum; qui vero taliter in ferinas species se transformant, III annos poeniteant, quia hoc daemonicum est.“ (TILLE, Weihnacht S. 288.)

27. Derselbe (?) § 24 ⁸⁵⁾: „Qui observat divinos, vel praecantatores, philacteria etiam diabolica, et somnia, vel herbas; aut quintam feriam, honore Jovis [Donnerstag], vel kalendas Januarii, more paganorum, honorat; si clericus est, quinque annos poeniteat; laicus tres annos poeniteat.“ (TILLE, Yule and Christmas p. 98 n. 2.)

28. CUMMEANI Abbatis Scoto Hiberni Liber de mensura Poenitentiarum. ⁸⁶⁾ c. VII (al. IX): „Si quis Kalendis Januarii aut in vecola aut in cervulo vadit, tribus annis peniteat;

⁸⁵⁾ In „Yule and Christmas“ p. 98 n. 2 führt Tille nicht mehr Theodor v. Canterbury als Urheber des als § 19 zitierten Verbotes an. Infolgedessen bleibt es auch unklar, ob der (in der Gesch. d. „Weihnacht“ nicht erwähnte) § 24 Theodor v. C. angehört. Die Quellenangaben sind in dieser Anm. 2 überhaupt etwas konfus. — ⁸⁶⁾ Ueber dasselbe und seinen umstrittenen Verfasser ausser Schmitz noch Wetzer u. Welte's Kirchenlexikon² III, 1239 ff.

quia hoc daemonium est.“ *Var.*: Cod. Paris.: „Si quis in cervulo in . . . I annum et in vefula aut in cervulo vadat . . .“ Cod. Vindob.: „Si quis in Kalendis Januarias [!] in cervulo aut in vetula vadit . . .“ (H. Jos. SCHMITZ, Die Bussbücher und das kanon. Bussverfahren. II [1898] 627.)

29. CONCILIUM TRULLANUM [a. 692], can. 62: „Kalendas quae dicuntur, et vota, et brumalia quae vocantur; et qui in primo Martii mensis dei fit conventum ex fidelium universitate omnino tolli volumus: sed et publicas mulierum saltationes multam noxam exitiumque afferentes: quin etiam eas, quae nomine eorum, qui falso apud Gentiles dii nominati sunt; vel nomine virorum ac mulierum fiunt, saltationes ac mysteria, more antiquo et a vita Christianorum alieno, amandamus et expellimus; statuentes, ut nullus vir deinceps muliebri veste induatur, vel mulier veste viro conveniente. Sed neque comicas, vel satyricas, vel tragicas personas induat; neque execrandi Bacchi nomen, uvam in torcularibus exprimentes, invocent; neque vinum in doliis effundentes, risum movent.“ (MANSI XI, 971.)

30. SANCTI ALDHELMI Schireburnensis Ep. [† 709] epist. ad Eahfridum: „Primitus (pantorum procerum praetorumque pio potissimum, paternoque praesertim privilegio) panegyricum poemataque passim prosatori sub polo promulgantes,⁸⁷⁾ stridula vocum symphonia, ac melodiae cantilenæque carmine modulaturi, hymnizemus, praecipue quia tandem almae editum puerperae sobolem (ob inextricabile sons protoplastorum) piaculum priscorum chirographum peccaminum oblitteraturum, terris tandumdem destinare dignatus est, luridum qui linguis chelydrum trisulcis rancida virulentaque vomentem per aevum venena torrenda tetrae tortionis in tartara trusit.⁸⁷⁾ Et ubi pridem ejusdem nefandae natrix ermuli [l. hinnuli?] cervulique fanis colebantur stoliditate in profanis, versa vice discipulorum gurgustia (imo almæ oraminum aedes) architecti ingenio fabre conduntur.“ (PATROL. LAT. 89, 92.)

31. S. GREGORII, Papæ II [731] Capitulare [für Bayern] c. IX: „ . . . Ut incantationes, et fastidiationes [*An fatidictiones?*] sive diversa observationes dierum kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia, et

⁸⁷⁾ Man beachte die Lautspielerei mit den Wortanlauten *p* und *t*.

magorum praestigia, seu etiam sortilegium, ac divinantium observatio exsecranda . . .“ (PATROL. LAT. 89, 534.)

32. EGBERTS Poenitentiale [a. 732—766] VIII, 4 stimmt sachlich mit No. 26 überein. (Zitat bei TILLE, Yule p. 98 n. 2.)

33. BONIFACII Moguntini Archiepisc. Epistola 49, ad Zachariam papam [a. 742]: „Quapropter paternitas vestra hujus rei veritatem indicare non dedignetur, ut Ecclesiae sacerdotibus vel populo Christiano inde scandala et schismata, vel novi errores, non oriantur, et concrescant, quia carnales homines, idiotae Alemanni, vel Bagoarii, vel Franci, si juxta Romanam urbem aliquid facere viderint ex his peccatis quae nos prohibemus, licitum et concessum a sacerdotibus esse putant, et nobis improprium deputant, sibi scandalum vitae accipiunt. Sicut affirmant se vidisse annis singulis in Romana urbe, et juxta ecclesiam in die vel nocte, quando Kalendae Januarii intrant, paganorum consuetudine choros ducere per plateas, et acclamationes ritu gentilium, et cantationes sacrilegas celebrare, et mensas illa die vel nocte dapibus onerare, et nullum de domo sua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino suo praestare velle.“ (PATROL. LAT. 89, col. 746 sq.)

34. S. ZACHARIAE papae epist. 2, ad Bonifacium archiep.: „De kalendis vero Januariis, vel caeteris auguriis, vel phylacteriis, et incantationibus, vel aliis diversis observationibus, quae gentili more observari dixisti apud beatum Petrum apostolum; vel in urbe Romana; hoc et nobis et omnibus Christianis detestabile et perniciose esse judicamus, dicente Deo: ‚Non augurabimini nec observabitis somnia‘ (Levit. XIX). Et iterum: ‚Non est augurium in Israel, nec observatio in domo Jacob‘ (Num. XXIII). Ita et a nobis cavendum esse censemus, ut nullis auguriis vel observationibus attendamus, quia omnia haec abscissa esse a Patribus sumus edocti. Et quia per instigationem diaboli iterum pullulabant, a die qua nos jussit divina clementia . . . apostoli vicem gerere, illico omnia haec amputavimus.“ (PATROL. LAT. 89, 921.)

33. CONCILIUM ROMANUM I [a. 743], can. IX: „Ut nullus Kalendas Januarias, et broma ritu Paganorum colere praesumpserit, aut mensas cum dapibus in domibus praeparare, ut per vicos, et plateas cantationes et choros ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo: anathema sit.“ (MANSI XII, 384.)

36. S. BURCHARD von Würzburg [† 754], Homilie III, De Calendis Januariis. (Stimmt fast buchstäblich mit der Predigt des hl. Cæsarius [Nr. 15] überein).

37. „Contra complures eius modi superstitiones, Vulcanalia et kalendas observare etc. graviter S. PIRMINIUS [† ca. 755] invehitur in libello a Mabillionio (Analect. p. 69) edito: „Cervulos et vehiculas [!] in Quadragesima vel aliud tempus nolite ambulare. Viri vestes femineas, feminae vestes viriles in ipsis kalendis, vel in alia lusa plurima nolite vestire.“ (M. GERBERTUS, Lit. Al. p. 843.)

38. ALCUINI [† 804] Lib. de Divinis Officiis, cap. 4: „De kalendis Januarii. Hac kalendae secundum dementiam gentilium potius dicendae sunt cavendae, quam calendae. Ea siquidem tempestate (quando iudices praerant filiis Israel, hoc est, ante Samsonem) fuit quidam princeps gentilium in Italia, nomine Janus, a quo Januarius mensis postea nuncupatus est. Hunc vero Janum imperiti homines, qui Deum non cognoscebant, quasi regem metuebant, et pro Deo illum colere coeperunt, . . . diem ipsum multis spurcitiis sacraverunt. Quidam mutabant se in species monstruosas, in ferarumque habitus transformabant. Alii in femineo gestu mutati, virilem vultum effeminabant: nec immerito virilem fortitudinem non habent, qui in mulieris habitum transierunt. Aliqui fanaticis auguriis profanabantur, perstrepebant saltando pedibus, tripudiando plausibus; nonnulli ita auguria observabant, ut focum de domo sua, vel aliud quodcunque beneficium, cuiquam petenti minime tribuerent. Diabolicas etiam strenas et ab aliis accipiebant, et ipsi aliis tradebant. Nec non etiam mensulas plenas ad manducandum tota nocte paratas habebant, credentes quod kalend. Januarii per totum annum praestare possent. Et quia his atque aliis miseriis mundus universus repletus erat, statuit universalis Ecclesia jejunium publicum in isto die fieri, quatenus his calamitatibus auctor vitae finem imponeret . . . Sed neque illud reticendum, quod dum quadam die hae superstitiones diabolicae Romae agerentur, quidam sanctus Almachius cum diceret: Hodie octavae diei Dominicae sunt, cessate ab his superstitionibus idolorum et sacrificiis pollutis; jubente Alypio urbis praefecto, hac de causa interfectus est. (PATROL. LAT. 101, 1077.)

39. [DUC. erwähnt IV, 481^b auch ATTONIS Ep. Basiliensis Capitula ecclesiastica, [a.807—823] Cap. 79. Dieselben enthalten

aber keine 79 Kapitel. Vielleicht ist gemeint cap. 19: „Nono decimo ut aliud in ecclesia non legatur aut cantetur, nisi ea quae auctoritatis divinae sunt et patrum orthodoxorum sanxit auctoritas.“ (MON. GERM. LL. Sect. II, Capit. I, 365.) Aber auch hierin kann ich keine Beziehung auf Neujahrssitten sehen.]

40. HALITGARII Ep. Cameracensis [† 831] Liber Poenitentialis: De sacrilegio: „Si quis in kalendis Januarii, quod multi faciunt, et in cervulo dicunt, aut in vehiculo [!] vadit, III annos poeniteat.“ (PATROL. LAT. 105, 699.)

41. REGINO PRUMENSIS [† 915], De synodalibus causis etc. lib. I, c. 304, p. 145: „Fecisti aliquid, quod pagani faciunt in kalendis januariis in cervulo vel vetula, tres annos poeniteas.“ (TILLE, Weihn. S. 288.)

42. Vita S. HUGONIS monachi Aeduensis et priores Enziacensis [† ca. 930], Lemma 15: „Praestigiorum quoque fascinationes et verborum illusoriorum apotelesmata⁸⁸⁾ (quae tam in Kalendis Januarii quam in Nativitate S. Joannis Baptistae insipientium multitudo committebant) ita abhorrebat, ut sub anathemate, hoc a nullo mortali fieri prohiberet.“ (AA. SS. BOLL. Apr. II, 766.)

43. GEORGII CEDRENI Compendium Historiarum. Paris. 1647, Tom II, fol. 639: „Quin et hunc morem introduxit [Patriarcha Theophylactus], qui hodieque obtinet, quod in splendidis atque solennibus festivitatibus Deo et sanctorum recodationi fit contumelia per foedas cantilenas ac risus et insanos clamores, quibus adhibitis sancti hymni cantantur, quos a nobis oportebat corda compunctis atque contritis pro nostra salute Deo offerri. At ille coetu flagitiosorum hominum coacto, iisque praefecto Euthimio quodam . . . et ab ipso est domesticus templi constitutus, diabolicas istas saltationes, obscuras vociferationes, cantilenasque e triviis et lupanaribus petitas tunc adhiberi instituit.“

44. CAESAR BARONIUS, Annales ecclesiastici (Mogunt. 1603) T. X. Col. 864 [ad a. 956]: „Illius [Theophylacti] item opus fuit, mos qui etiamnum viget, in sacris et publicis populi

⁸⁸⁾ Hiezu die Note: „Apotelesmata Graecis proprie sunt operationes seu responsa genethliacorum, quibus praenuntiant, quaenam fortuna aliquem maneat, ex eo quem sibi figunt natalis constellationis influxu.“

celebrationibus contumelia afficiendi Deum, et Sanctorum memoriam per quaedam indecora cantica ac risus, et temerariis exclamationibus, dum matutino tempore hymni perficiuntur, quos oportuit afflicto atque contrito corde pro nostra salute Deo adhiberi. Coacta enim frequentia hominum infamium, ipsisque praefecto Euthymio quodam cognomento Caesne, quem ipse Ecclesiae domesticum creaverat satanicas saltationes, et indecoras clamores, et cantica ex triviis atque fornicibus percepta, eos celebrare docuit.“

45. ATTONIS Vercellensis Episcopi Capitulare, c. 79: „Ut nullus Kalendas Januarii et brumas ritu paganorum colere praesumat: si quis Kalendas Januarii et brumas colere praesumpserit, aut mensas cum lampadibus in domibus praeparare, aut per vicos et plateas cantiones et choros ducere praesumpserit, quod magna iniquitas est, coram Deo anathema sit.“ (PATROL. LAT. 134, 43.)

46. BURCHARDUS WORMACIENSIS [† 1025], Decret. lib. 19: s. DUC. II, 277°.

47. Ein anderes Zitat aus Hom. III, (De Cal. Jan.): „Dies kalendarium istarum, fratres dilectissimi, quas Januarias vocant, a quodam Jano, homine perduto ac sacrilego nomen acceperunt“ etc. bei ECKHARD, Francia or. I, 837.

48. PETRUS DAMIANI [† 1072] wird von DUCANGE s. v. *cervulus* u. nach ihm von TILLE, Yule S. 99 Anm. erwähnt; die Stelle in Epistulae ed. Paris 1610 ist jedoch nicht unter p. 384 auffindbar.

49. Scholia THEOD. BALSAMONIS [XII. Jh.] et JOANNIS ZONARAE [XII. Jh.] ad canones concilii sexti in Trullo, ad. can. 62: Balsamon. Nota praesentem canonem, et quaere correctionem in iis, quae fiunt a Clericis in festo Natalis Christi, et festo Luminarium, adversus eum, et magis in sanctissima magna Ecclesia. Ex Chronologica enim historia Scylitzae, hoc malum non fuisse ab antiquis traditum, sed ex permissione Theophylakti Patriarchae Constantinop. filii Imp. domini Romani Lacapeni pro comperto habetur. Enumerat enim hic historicus, una cum reliquis improbis et diversis ejusdem Patriarchae actis, hoc malum . . . Mos ergo erat apud Romanos . . . festum annuatim paulo gentilius magisque more Graeco celebrare, et quaedam indecora facere: quod etiamnum

fit a quibusdam rusticis, primis Januarii mensis diebus, non more Romano calendarum et reliquorum recordantibus, sed eo quod Luna tunc temporis renovetur, et ejus fundamentum ab hujus mensis principia statuatur, et quod existiment se laete ac jucunde totum annum transacturos, si in ejus principio festum celebraverint . . . Bota et Brumalia Graeca festa sunt . . . Mense autem Martio fiebat magna Graeca concio, seu universalis conventus, propter bonam temporum et aëris temperiem: quo tempore etiam indecorae saltationes a quibusdam mulierculis virisque fiebat. Quae omnia et his similia sancti patres aversantes, nulli viro mittebant muliebri stola ullo modo uti, vel contra; sed neque personas induere comicas vel tragicas vel satyricas: nec Bacchi quidem, nomen in torcularibus nominare, nec vino doliis infuso ridere et cachinnari . . .

Zonaras. Sunt Calendae primi mensis cujusque dies, quos Graeci solenni religione ac ceremonia de more celebrabant. Bota quoque et Brumalia Graecorum festi dies fuere. Bromius siquidem Bacchi epithetum. Eos igitur aliosque ejusmodi Graecorum festis dies, ne cultu aliquo prosequi fidelibus liceat, Patres decrevere. Publicas quoque mulierum saltationes, quibus spectandis videlicet ad libidinem homines incitantur, tum quaecunque Graeci viri aut foeminae, commentitiorum numinum honori tribuentes, peragere soliti sunt, exhiberi vetant. Praeterea viris muliebri ornatu, virili foeminis, quae bacchantium sibi consuetudo permiserat; quinimo personarum quoque, comicae, tragicae, satyricaeve usu penitus interdictum . . . (GUIL. BEVERGIUS, *ΣΥΝΟΔΙΚΟΝ* s. Pandectae Canonum etc. t. I, fol. 230.)

50. J. G. ECKHART (sive ECCARD), Comm. de rebus Francia orientalis I (Würzburg 1729) 433: „De pagano cursu, quem *Yrias* nominant, scissis pannis vel calceis . . . Paganus ille cursus celebratus mihi videtur in Kalendis Januariis; nam sanctus Bonifacius cum illum in *nova Francia* sive Franconia abregare vellet, affirmarant ipsi Francones recens ad fidem Christianam conversi, ut ex ejus ad Zachariam Papam Epistola patet . . .“ Es folgen dann ausserdem die Citate: Augustinus Serm. de Tempore 215, Audoënus in Vita S. Eligii Lib. II, cap. 15, Conc. Autiss. Can. 4, S. Pacianus Paraen. ad poen., Ambros. in Psalm. XLI, Faustinus Serm. de kal. [von Caesarius?], Halitgarius Poenit. c. 6, Burch. Wormat. l. XIX, c. 5. Er fügt dann bei: „Ceremonias omnes si considero, videtur

mihi cursus ille paganus in honorem *Velledae* sive *Huldae*, Germanorum *Dianae*, celebratus esse.“

Anhang II.

Aeltere Zeugnisse betreffs parodierte Bischofswahl.

Fraglich ist, ob die vier ersten Stücke sich auf unseren Brauch beziehen:

1. SYNODUS CONSTANTINOPOLITANA [a. 869], can. XVI: „Propter contentiones et tumultus, qui in Dei ecclesia contingunt, hoc quoque est definire necessarium, ut episcopus nullo modo constituatur in ecclesia, cui qui praeest, adhuc vivit, et est adhuc in proprio honore constitutus, nisi episcopatu sua sponte renunciaverit. Oportet enim causam ejus, qui est episcopatu expellendus canonice examinatum ad finem prius deduci: deinde post ejus depositionem, alterum in ejus episcopatum provehi . . .“ (MANSI XVI, 547.)

Dagegen habe ich folgende von DUCANGE (IV, 481^b unten) zitierte Stelle nicht finden können: „Fuisse quosdam laicos, qui secundum diversum Imperatoriam dignitatum videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere . . . et gradum quasi sacerdotalem per quaedam indusia et vestimenta sacerdotalia sumere, et, ut putabatur, Episcopos constituere“ etc.

2. Chronici jussu CONSTANTINI PORPHYROGENNETI conscripti, a Leone Armenio usque ad Michaellem Theophili F. [sive: Constantini Porphyrogeneti Continuator sive Theophanis continuati lib. IV] lib. IV, cap. 38: „Quodque his gravius, quod secum habebat [Michaël, regn. 862—867] sodalium . . . his ille honorem habens eosque colens, divinorum contemptu, sacerdotales auro contextas vestes ac Pontificum humeralia eis adhibebat, ac haecque turpiter ac impure, quae pura sunt, eos peragere cogebat. Ejus chori principem, sic nuncupatum Grylum, Patriarcham vocabat: reliquos undecim, praecipuarum illustriumque Sedium Metropolitae . . . Quia vero etiam cantillare, divinaque peragere Mysteria illis incumbere, cantica modulosque explendo citharam adhibebant, modo sensim pulsantes, et ut illa stridulum argutumque sonum ederet, hoc aemulati quod Sacerdoti secreto agitant; modo pulsu libero ac claro sonitu, pro eo ac Sacerdotes sic clare quasi perorando pronuntiant. Aurea

quoque ac gemmis baccata vasa aceto at sinapi implentes, atque illis impartientes qui erant percepturi, per eum modum impollutis Mysteriis illudebant. Accidit autem et quandoque chorus hic beato Ignatio Patriarchae obviam fieret, cum is supplicationis causa ex Ecclesiastico ordine cum Clericorum pompa procederet. Hunc ut conspexit Grylus, lubentissime rem capescens, pulsare auspicatur, retractaque casula cum sodalibus, contentiore citharae sonitu, sanctissimos viros convitiis compluit verbisque turpissimis fatigat. (HISTORIAE BYZANTINAE SCRIPTORES post Theophanum, ed. Combesius. Paris. 1685, fol. 124.)

3. CONSTANTINUS PORPHYROGENNETES de Basilii Imp. avi vita et rebus gestis [sive: Const. Porph. Basilii Macedo, sive: Theophanis continuati Lib. V] Cap. 21 handelt ebenfalls von dem Sacrileg Michaels. (HIST. BYZ. SCRIPT. p. Theoph. fol. 152.)

4. SYMEONIS Magistri ac Logothetae Annales, a Leone Armenio usque ad Nicephorum Phocam [sive: Symeonis Mag. et Log. Annales, sive: Symeon Mag. De Const. Porphy.] Michael et Theodora, cap. 18, über das Sacrileg Micheals. (HIST. BYZ. SCRIPT. p. Theoph. fol. 437.)

5. BELETUS [Amiens c. 1180], Liber I. Divin. Offic. c. 72. 120: Duc. 4, 481^{b. c.}

6. „Extant enim literae PETRI CAPUANI, Card. legati in Francia a. 1198, quibus praecipit Odoni Episcopo Paris. et aliquot canonicis ejusdem Ecclesiae, ut hocce festum, quod fatuorum appellabatur, et in Ecclesia Paris., ut in exteris invaluerat, penitus abolerent.“ (DÜRR, De Episcopo puerorum, in: A. SCHMIDT, Thes. jur. eccl. III, 75.)

7. CONCILIUM PARIISIENSE [a. 1212], P. IV. c. 16: Duc., IV, 482^{c.}

8. „LUCAS CUSENTINUS [l. Consentinus] Episcopus [† 1224] in suo ‚Ordinario‘ inquit: ‚Puero Episcopello Pontificalia conceduntur insignia, et ipse dicit orationes.‘“ (DÜRR, l. c. 71 seq.)

9. CONCILIUM COPRINIACENSE [a. 1260], cap. II: „Rursus cum in balleatione quae in festo sanctorum Innocentium in quibusdam ecclesiis fieri inolevit, multae rixae contentiones et turbationes, tam in Divinis officiis quam aliis consueverint provenire, praedictas balleationes ulterius sub intimatione anathematis fieri prohibemus: necnon et episcopos in

praedicto festo creare: cum hoc in ecclesia Dei ridiculum existat, et hoc dignitatis episcopalis ludibrio fiat. Divina tamen officia, prout melius et honestius fieri poterit, ut in aliis festivitibus, celebrentur.“ (MANSI XXIII, 1033.)

10. CONCILIUM SALZBURGENSE [a. 1274] cap. XVII: „De Episcopis puerorum. Ad haec quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentes [l. exercentur?] adeo insolenter, quod nonnumquam enormes culpaе et damna gravia subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesiis et a personis ecclesiasticis de cetero fieri prohibemus, nisi forti parvi sexdecim annorum et infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent: quibus alii seniores ipsis nullatenus se misceant aut intersint.“ (Concilia Germaniae ed. SCHANNAT-HARTZHEIM 1760. t. III, p. 642.)

11. WARDROBE ACCOUNT of the 28 Edward I [a. 1299]: „Septimo die Decembris, cuidam Episcopo Puerorum dicenti Vesperis de Sancto Nicholas coram Rege in Capella sua apud Heton . . .“ (BRAND, Popular Antiquities I [1840], 232^b.)

12. SYNODUS DICECESANA WORMATIENSIS a. 1316: „ . . . quod olim a Prædecessoribus nostris causa devotionis ordinatum fuerat, et statutum, videlicet: ut Sacerdotes singulis annis in Festivitate B. Joannis Evang. unum ex se eligant, qui more Episcopi Missam illa die gloriose celebret, et festive, nunc in ludibrium vertitur, et in Ecclesia ludi fiunt theatrales, et non solum in Ecclesia introducuntur monstra larvarum, verum etiam Presbyteri, Diaconi, et Subdiaconi insaniae suæ ludibria exercere præsumunt, facientes prandia sumptuosa et cum tympanis et cymbalis ducentes choreas per domos et plateas civitatis . . . Præterea districte inhibemus: ne sacerdos, qui, ut in festo S. Joannis more solito Missam celebret, assumetur, aliquam personam Ecclesiasticam vel mundanam, mimos, Villegatores, vel tympanatores ad coenam vel prandium invitet, vel illos, aut alios, qui musicis instrumentis canere consueverunt, in Ecclesia vel extra, in domo vel platea, eundo vel corizando sequatur . . . Prandio autem facto, praedictus sacerdos non equo, non asino, more insani, per vicos equitet et plateas.“ (ANT. SCHMIDT in: Thes. jur. eccl. III, 81.)

13. STATUTA ECCLESIAE COLLEGIATAE S. DIONYSII LEODIENSIS [Lüttich] de anno 1330: „Item statutum est, quod

ultimus receptus in Canonicum, qui in perceptione erit fructuum, et non erit foraneus cujuscunque sit ordinis solvet Episcopatum puerorum illius anni (i. e. expensas pro hac ceremonia necessarias feret) et semper quousque alius de novo receptus fuerit. Canonicus . . . ipsum exemerit, qui tenetur solvere dictum Episcopatum . . . Adjectum est etiam, quod Canonicus, qui primas expensas in die Beati Nicolai fuerit, ille idem expensas in dei Innocentium salvet . . .“ (ANT. SCHMIDT in: Thes. jur. eccl. III, 82.)

14. „In the WARDROBE ROLLS of King Edward the Third, an. 12. [1338], we have this entry . . . : „Episcopo puerorum Ecclesiae de Andeworp cantanti coram domino Rege in camera sua in festo Sanctorum Innocentium.“ (BRAND, Pop. Ant. I, 235.)

15. CAEREMONIALE (Manusk.) der Kirche von Viviers v. J. 1365: Duc. IV, 481^c

16. DEKRET des Kapitels von Auxerre v. J. 1400: Duc. IV, 484^b

17. Braunschweig 1400: „Vermummungen am Niklaustage und damit verbundene Umzüge werden schon im J. 1400 in Braunschweig erwähnt. Die Schüler des Blasiusstiftes statteten damals einen Popanz aus, der allerlei Possen und Thorheiten ausführte; dann wählten sie einen Bischof und Abt, der die priesterlichen Handlungen nachahmte. Der Unfug war so gross, dass 1407 das Kapitel dagegen einschritt.“ (ANDREE, Braunschweiger Volkskunde² S. 325.)

18. Dioecese Viviers i. J. 1406: Duc. 482^c

19. CONCILIUM BASILEENSE [a. 1435] Sessio XXI § XI: „Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum Ecclesiis, quo certis anni celebrationibus nonnullis cum mitra, baculo, ac vestibus pontificalibus more Episcoporum benedicunt, alii ut reges ac duces induti [sunt], quod festum fatuorum vel innocentum, seu puerorum in quibusdam regionibus nuncupatur, alii larvales et teatrales jocos, alii choreas et tripudia marium ac mulierum facientes homines ad spectacula et cachinnationes movent, alii commessiones et convivia ibidem preparant.“ (MANSI 29, 108).

20. Saint-Rieux [1437]: „On passe dans le compte de la collégiale de Saint-Rieux de l'an 1437, 8 sous parisis, donnés aux

vicaires pour avoir tenu le lieu du petit évêque le jour des Innocents, comme il etait de coutume.“ (LA TRADITION 1901, p. 72.)

21. KAPITELALKTE von Amiens [1438]:⁸⁹⁾ „In presenti capitulo comparentes J. C., J. de N. . . . Ecclesiae Ambianensis capellani pridem lecti instituti ordinati et assumpti in papatum stultorum villa Amb. missi ut dicebant aliis suis successoribus et pædecessoribus Superstibus in Papam hujus modi . . . remonstraverunt per organum dicti C. quod J. de C. nunc deffunctus dum viveret papatum prædictum obtinens suo in testamento et ultima voluntate qui decessit legavit papali festo ipsius villae LX sol . . . paris suplicantes iidem missi isdem dominis (canonicis) quaternis ipsi consentirent quod dicti C. et sui praedecessores in papatu ordinati superstites die circumcisionis Domini facerent prandinum in quo beneficiati ipsius villae convocarentur, in iidem in ibi [?] eligere instituere et ordinare valerent [!] papam ac papatum revolarent.“ (LA TRADITION 1901, p. 10.)

22. Ad Opera PETRI BLESENSIS Appendix (Copia cujusdam Epistolae a venerabili Facultate theologiae studii Parisiensis, praelatis et capitulis ecclesiarum regni Franciae Transmissae etc.)

„. . . Porro a gentilibus venit haec spurcitia, atque de reliquiis gentilitatis est haec festivitas, licet festum Fatuorum a suis fautoribus intituletur . . . Hoc autem exsecrationis coagulum, quod vocatur Festum stultorum in ecclesiis, in locis sanctificatis, et a personis Deo consecratis fit . . .

Quis, quaeso, Christianorum sensatus non diceret malos illos sacerdotes et clericos, quos divini officii tempore videret larvatos, monstruosos vultibus, aut in vestibis mulierum, aut leonum, vel histrionum choreas ducere in choro, cantilenas inhonestas cantare, offas pingues supra cornu altaris juxta celebrantem missam comedere, ludum taxillorum ibidem exarare, Thurificare de Thumo fetido ex cario veterum sotularium, et per totam ecclesiam currere, saltare, turpidudinem suam non erubescere, ac deinde per villam et theatra in curribus et vehiculis sordidis duci ad infamia spectacula, pro risu astantium et concurrentium turpes gesticulationes sui corporis faciendo, et verba impudicissima ac scurrilia proferendo? . . .

⁸⁹⁾ Ich gebe dieses stellenweise fehlerhafte Zitat buchstäblich wieder, ohne zu untersuchen, wem die Verstösse zuzuschreiben sind.

Consuetudo introducta ab antiquo, secundum quam in quibusdam ecclesiis tam cathedralibus quam collegiatis, vel aliis, annis singulis in festo Innocentium, aut S. Stephani, vel Circumcisionis Domini, aut alio, ab ecclesiasticis viris fit quoddam festum, quod Festum stultorum vocant, in quo solent per eosdem fieri mille derisiones et fatuitates, etiam contra reverentiam Dei, et in vituperium magnum cleri et totius status ecclesiastici, est a sanctis Patribus et generalibus conciliis reprobata, et magis est dicenda corruptela quam consuetudo, nec praetextu cujuscunque statuti observanda.

Non licet in aliqua ecclesia sub praetextu praefatae malae, et damnatae consuetudinis eligere episcopum vel archiepiscopum fatuorum, vel etiam electum derisorii et cum ludibrio confirmare . . .

Non licet hujusmodi episcopis vel archiepiscopis fatuorum uti quovis modo insigniis pontificum, videlicet, mitra et baculo pastoralis aut ceteris hujusmodi . . .

Non licet insuper praefatis episcopis vel archiepiscopis fatuorum facere divinum officium in ecclesia cum supradictis insigniis, nec dare benedictiones legentibus lectiones matutinales, nec etiam benedicere populum . . .

Si non licet . . . facere episcopos aut archiepiscopos fatuorum . . . ; a fortiori ratione non est licitum etiam praetextu cujuscunque antiquae consuetudinis . . . facere unum papam Fatuorum . . .

Non licet . . . viris ecclesiasticis et maxime in sacris ordinibus constitutis . . . quod sub praetextu aut colore dicti festi Fatuorum faciant officium divinum, aut illi intersint habitibus et vestimentis ecclesiasticis, sicut in quibusdam ecclesiis pridem fuit observatum . . .

Non licet ducere choreas in ecclesia, quando fit divinum servitium, aut comedere seu bibere circa altare, quando missa celebrantur . . .

Non licet ecclesiasticis . . . dimittere . . . vestimenta sua clericalia . . . et uti vestimentis saecularium virorum, aut stultorum . . . ; et adhuc minus licet eis larvatas accipere facies aut depictas, vel assumere vestimenta muliebria; ac facere ludos theatrales, vel ludibria aut spectaculum suorum corporum, et alios personagiorum ludos, et maxime in locis publicis, vel coram magna popularium multitudine . . .“ (PATROL. LAT. 207, 1169 sqq.)

23. Brief KARLS VII. v. Frankreich vom J. 1445: Duc. IV, 483^c fg.

24. LUDWIG, Erzbischof v. Sens 1445: Duc. IV, 484^b fg.

25. JOH. STONE, De Obitibus et aliis memorabilibus [Eccles. Cantuar.] Mscr.: „Hoc anno 1464. In Festo Sancti Nicolai non erat Episcopus puerorum in Scola Grammaticali in Civitate Cantuariae [Canterbury], ex defectu Magistrorum.“ (BRAND, Pop. Ant. I, 236^b.)

26. STATUT von Toul 1497: Duc. IV, 483^b.

27. ORDINARIUM von Rouen XV. Jahrh.: Duc. IV, 483^a

28. Prag im XV. Jahrh.: „Die Rectoren der Schulen und ihre Studenten veranstalteten jedes Jahr einen Aufzug, bei welchem Einer als heil. Nikolaus in reichen, prächtigen Bischofsgewändern herumgeführt und von einem Gefolge begleitet wurde, das von Schmuck und Juwelen strahlte. Man nannte diesen Aufzug: ‚den Bischof in die Häuser geleiten‘ (episcopum conducere in domus) und das Gefolge des Bischofs: ‚die Ritterschaft des heil. Nikolaus.‘“ (REINSBERG, Fest-Kalender S. 530.)

29. GUIL. MARLOT, Metropolis Remensis Historia 1679 T. II, 769: „Invaluerat per omnes fere cathedrales Ecclesias die Ss. Innocentium laudabilis primum consuetudo; sed que in tot mimicos, et scurriles jocos deflexerat, ut hujus ecclesiastici coetus primarios puduerit, donec penitas abrogata est. Vicarii et Cappellani puerum hoc festo die episcopalibus ornamentis indutum, mitra, supparo, chirothecis et pedo pastorali, in Ecclesiae chorum inducebant, benedictionem populo impertientem: tum per vicos Urbis et plateas cum joco et cachinnis indecentibus, et Clericatu indignis. Guillelmus Durandus hujus meminit in Rationali, atque festum inchoari solitum a Vesperis Nativitatis Domini, quibus Diaconi antiphonam sancti Martyris Stephani modulate canere, Matutinis præesse, Lectiones recitantibus benedictionem largiri, et alia quaedam contra receptum Ecclesiae morem facere. Diaconos excipiebant Presbyteri dei S. Johannis, et hi regendi Officii munus pueris remittebant festo Innocentium, quod puerilis episcopus ornabat, ritu haud dissimili ab eo, quem Ivo Carnot. tetigit epist. 68

Eligimus puerum, puerorum festa colentes
Non nostrum morem, sed Regis jussa sequentes.

Quibusdam locis Subdiaconi Circumcisionis diem sibi vendicabant, alibi octavam Epiphanae, quam *Stultorum festum* vulgo quidem, sed mimice vocitabant. Cognatus refert eo progressas hujus modi sannas et abusus, ut pro honestis et licitis animi remissionibus, juniores Beneficarii stultorum episcopum in theatro pro foribus Ecclesiae erecto, singulis annis instituerent, cui mox per urbem tumultuose, et petulanter deducto epulum parabatur aequè ridiculum et ineptum, quod Senatus Parisiensis decreto, Decani et Capituli rogatu, abrogatum est anno 1490.

Remis puerilia haec oblectamenta faciendi facultas petebatur singulis annis in Capitulo ab Innocentium archiepiscopo, magistro, et pueris, darique consueverat cum sumtibus epuli, *modo fieret sine larvis et strepitu tubicinis, et sine equitatione per villam*, ex conclusioni anni 1479. Patet ex alia conclusione anni 1508, discordiam emersisse inter scholae Remensis Ecclesiae, et templi episcopos, pro honoris gradu, et incedendi praerogativa. Sanctitum tamen reperio, Petri Remy majoris Archidiaconi hortatu, ne deinceps coriales pueri mitram, ac pedum gestarent, nec episcopalibus vestimentis induerentur, juxta Concordata, et Pragmaticam-Sanctionem alias in Concilio Basileensi renovatam, qua cautum est Sess. 21 ut larvati et theatrales illi joci, qui in festo Innocentium usurpari solebant, ab Ecclesia arcerentur.

* * *

Ueber das XV. Jahrh. hinaus wollen wir die Sitte nicht verfolgen.

Undatiert.

30. „TURONENSE S. MARTINI RITUALE manuscriptum: „Post primam S. Johannis vadunt Clericuli super equos ad bellum montem, et ibi in cathedra levant Episcopum, et incipit cantor puerorum ad majorem portam Ecclesiae R. *Sancta* et ante altare B. Mariae antiphonam *alma* cum *Gloria*, post facit Episcopus revestitus in cappa serica Benedictionem in Choro super moniales. Post redeuntes cum Episcopo revestito levant eum in cathedra ante portam Thesaurarii et dicunt R. *Sancta*, et ducunt eum ante B. Martinum, ubi dicta oratione facit super populum Benedictionem, et debet succentor ire cum eis ad Ecclesiam Belli montis. Ad missam serviunt sicut in festo S. Stephani excepto quod Juvenes non cantant Epistolam, sed subdiaconus legit eam, in choro. Ad vespervas super psalmos antiphonae de laudibus, et quando *magnificat* canitur, veniunt cleri-

culi in Choro cum Episcopo habentes candelas accensas de proprio, et quando *deposuit* canitur, accipit cantor puerorum baculum, et tunc in stalla ascendunt pueri, et alii descendunt, et dicta oratione vadunt ad altare crucifixi cantantes R. *sub altare*, post antiphonam *innocentes* cum *magnificat* et Oratione, post dicit ibi Episcopus benedictionem, scilicet *Dominus omnipotens*. Deinde ducit eos cantor in domum suam, et ibi bibunt et dant Candelas janitori cantoribus.“ (DÜRR, De Episc. puerorum, in: Schmidt, Thes. jur. eccl. III, 72.)

31. „Similiter Ecclesia Suessionensis [Soissons] sustulit antiquum morem: in ejus enim antiquo RITUALI libro tempore Nivelonis ⁹⁰⁾ scripto habitur: ,et sciendum est, quod haec festivitas (S. Stephani) de communi totius capituli assensu ab omnibus exclusa antiqua consuetudine Diaconorum et Ludorum solenniter, sicut aliae triplices festivitates, debeat celebrari.“ (Dürr, De Episc. puerorum, in: A. Schmidt, Thes. jur. eccles. III, 75.)

Dass ein ganz analoger Brauch bei den Nonnen bestand, möge endlich noch folgender, freilich dem XVI. Jahrhundert angehörender Beleg zeigen.

32. VISITATIONS der Carrow Nunnery (in Norfolk, O. S. B.) [14. Juni 1526.]: „Item habent in festo Natalis Domini juniorem monialem in abatissam assumptam vocandi [sic, für jocandi?] causa; cujus occasione ipsa consumere et dissipare cogitur, quæ vel elemosina vel aliorum amicorum largitione acquisierit.“ Der Bischof verbietet darauf diesen Gebrauch. ⁹¹⁾ (VISITATIONS of the Diocese of Norwich 1492—1532, ed. A. Jessopp, London 1888, p. 209).

⁹⁰⁾ Es giebt deren zwei im XIII. Jahrhundert.

⁹¹⁾ Gütige Mitteilung von Herrn Dr. E. Fueter in Basel.